

XVII.

LVITPALDVS,

SEU

LEOPOLDVS

EX

COMITE LENGENFFELDENSIS
 DUX NORIC. ET BAV. MARCH. AUSTRIÆ,
 ARNULPHI FILIUS.



*Fervida quid virtus, quid Mars meus egerit, Hunni
 Quos Patria duxi de Regione, sciunt.
 Ense meo factos calcavi Victor acervos,
 Quà removet Rhætos, Vindelicosque Lycus.*

Reusnerus



Luitpaldus Arnulphi Filius, qui multiplici Nomine Luitpol- Gevold.
 di, Leupoldi, Ludepaldi, Leopoldi tum in vetustissimis Di- in Gen.
 plomatis & libris, tum apud Recentiores historiographos Gen. 6.
 Scriptus reperitur, indubitatus fuit Bojarici Sanguinis Au- Hund. in
 ctor, & propagator; quòd verò & ipse Carolini sit stem- Metrop.
 matis Ramus, si etiamnum dubitat, quem suprà adduxi, Schönle-
ben diff.
Polem.

U

stem-